

reverendis patribus et predecessoribus nostris Erkenberto, Cunrado, Rudolfo, Peregrino abbatibus presentibus et resignantibus idem beneficium prefato Heydenrico et marchione, domino quoque Vdone felicitis memorie sancte Nuenburgensis ecclesie episcopo assensum prebente et hanc tradicionem in presentia multorum canonicorum, nobilium seu ministerialium, banno firmante contulerit et apud nos memoriale suum reliquerit et in posteros cum benedictione transmiserit. Ipsius siquidem postulacione cum communi fratrum nostrorum consilio statuimus, quatenus eadem bona cum omni prorsus utilitate elemosinarius fratrum in procuracionem recipiat et exinde duo karitatis servicia annuatim fratribus in anniversariis patris et matris eius inpendat, tercium vero ex eisdem redditibus servitium eo superstite post festum beati Remigii sollempniter tantum vigiliis et missa omnium fidelium defunctorum precedentibus peragatur, ipsoque diem obeunte in anniversarium deposicionis sue transeat. Hec, ut digesta sunt, rata manere, in nomine patris et filii et spiritus sancti decrevimus et salva dominorum et fratrum nostrorum karitate, ne inmutari debeant, auctoritate domini nostri Bertoldi Nuenburgensis episcopi et banni nostri interposicione prohibemus. Presens igitur scriptum atque statutum, sigillo nostro recognitum, annuatim obitus sui die post capitulum volumus recitari, ne futuris veniat in oblivionem, quantam idem venerabilis prepositus in nos et locum nostrum habuerit pie devocionis exhibicionem. Huius facti testes sunt hii. Domini et predecessores nostri, Cunradus atque Rudolfus prior. Fridericus. Sacerdotes. Irinfridus. Bertoldus. Gisilherus. Wikardus. Ericus. Helembertus. Iohannes. Albertus. Henricus. Gundecarus. Hermannus. Diaconi. Fridericus. Bernhardus. Heydenricus. Reinhardus. Symon. Subdiaconi. Hermannus. Hartleibus. Gerbertus. Wernherus. Bertoldus. Henricus. Rudolfus. Acoliti. Fridericus. Wolframus. Rudolfus. Peregrinus. Denkericus. Cunradus et alii plures. Anno dominice incarnationis M C LXXX VIII, indictione VIII, data II. idus februarii, anno ordinacionis domini Alberti abbatis primo; actum feliciter amen.

543.

König Heinrich VI. eignet dem Kloster Ilfeld einen reichslehnbaren Wald, welchen Graf Eliger von Honstein dem von dessen Vater gegründeten Kloster übertragen hatte. — Zeuge: Pfalzgraf Hermann. Salfeld, 11[89] Nov. 16.

30 *Hilschr.: Heidenreich, Gesch. der Grafschaft Hohenstein (MS. im Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar).*

Gedr.: Böhmer, Acta imperii 1,162. Stumpf 4665.

Ann.: Die Urkunde muß in Uebereinstimmung mit der Indiktion 1189 Nov. ausgestellt sein, wo der König sich in Sachsen aufhielt, während er schon Sept. 1190 zu Augsburg das Heer zum Römerzuge um sich sammelt.

— — Huius rei testes sunt. Theodoricus episcopus Halberstadensis. Everhardus episcopus Mersburgensis. Bertholdus episcopus Naumburgensis. Conradus abbas Fludensis. Sigfridus abbas Hirsfeldensis. Conradus abbas Salveldensis. Bernhardus dux Saxonie. Hermannus palatinus et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo, indictione octava, decimo sexto kalendarum decembris in Salvelt.